1257. Giugno. Milano. Pecunia nummata Morbio 11 (38) ~~28.~~

In nomine domini Anno dominice incar. millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo die dominico septimo die exeunte Junio Indic. quintadecima. Venditionem
ad libellu liberum tam et absolutam ab omni ficto censu condicione et munere prestandum vel faciendis. fecit albertus fil. quondam boni de ticio de burgo porte hor. civis mediol. In marchi
sium rotarium et petrum nepotem ei filiu quondam ambri de rotari recipientes eorum nomine et nomine aliorum heredum dicti quondam ambri et anselmi fratrum illi marchisiu qui stant sup
stratam de cerstenzago in massina una que dicitur cassina de rotaris. Nominatim de petia una terre cum vitib. tranceis Jacentem in territorio loci de turri ubi dicitur in brugarolo. cui est
a mane Johis catanei de amiliano a meridie ecclesie de turri per quam laborat morellus de terra aso a monte accessium et est per mensuram septem et tab. viginti. et si plus vel minus
inventa fuerit in hac presenti venditione permaneat. eo tenore quod amodo inantea dicti emptores suo nomine cum suis heredib. et cui dederint habeant et teneant et titullo emptionis possideant
[illegible] cum vitib. et cum facte cum superiorib. et inferiorib. seu cum finib. et accessionib. suis et cum omnib. iurib. et racionib. eidem petie terre cum vitib. pertinentib. et adiacen
[illegible] fine aliqua [illegible] atque mandato dicti albertus [illegible] predictis marchisio et petro suo nomine recipientib. omnia iura et actiones et rationes re
tentiones replicationes usus defensiones utiles et directas reales et personales que et quas habebat et sibi pertinebant in ipsa et pro ipsa petia terre vel ei occasione. et contra quascumque personas
res et rerum possessores et detentores pro ea vel ei occasione. et ipsos marchisium et petrum suo nomine in rem suam suos missos et procuratores constituit et fecit. Ita ut exinde pro omni dicti em
ptores suo nomine et eorum heredes et cui dederint sint et succedant in locum suum dicti alberti pro ipsa petia cum vitib. et de ea [illegible]. Insuper dictus albertus venditor plenum dominium plenamque possessionem ipsius petie
terre cum vitib. in predictos emptores suo nomine dare et transferre. constituit se eorum nomine eam tenere et possidere [illegible]. cum domino et possessionem [illegible] volens ab ea discedere et se absente facere confestim re
nuntiavit et se absente facit et in ipsos emptores transtulit et desiit. Preterea predictus albertus promisit et guadiam dedit et omnia sua bona pignori obligavit predictis marchisio et
petro recipientib. suo nomine. Ita quod eis defendere et guarentabit et suis heredib. et cui dederint omni tempore predictam petiam terre cum vitib. ab omni contradicente persona et ab omni collegio
et universitate et a comuni mediolani et ab omnib. factis et honerib. comunis mediolani Insuper debet et tenetur et indempnes prestare et conservare ipsos emptores suo nomine et eorum heredes
et cui dederint ab omni delibatione sive consignatione blave pro ipsa blava terra hinc retro imposita et hoc suis propriis expensis et dampnis et sine dampno et dispendio ipsorum
emptorum suorumque heredum et cui dederint non obstante aliquo statuto vel consilio facto vel faciendo per comune mediolani sup blava delibanda sive consignanda ad civitatem mediolani
[illegible] tenent et possident. Et pro pretio qui petie terre cum vitib. et [illegible] confessus fuit dictus albertus accepisse et habuisse a predictis marchisio et
petro solventib. eorum nomine et nomine dictorum heredum dictorum quondam ambrosii et anselmi libr. viginti quinque et sol. quinque den. tercie mediolan. ad computum librarum [illegible]
[illegible] sol. decem per petica. Renuntiando omni exceptioni et actioni non numerate et accepte pecunie et non soluti pretii et omni alii probationi incontrarium. Insuper renuntiavit quod non possit
dicere vel alegare se deceptum fore vel dimidiam iusti pretii nec res magis valere et si deceptus foret vel res magis valeret eisdem emptorib. suo nomine de omni superfluo fine fecit
et pactum de non petendo et ulterius de non agendo. Et inde pro omnia observanda et ad implenda extitit fideiussor qui se constituit in omnem principalem debitorem et
defensorem et guarentatorem. leonus fil. quondam brunaldi pazaiani de burgo porte hor. civis mediolani qui obligavit se et omnia sua bona pignori predictis emptorib. suo nomine
recipientib. Que omnia facta sunt. Ita quod ad predicta omnia si agi contingerit dicti albertus et leonus conveniri possint ubique et sub quolibet iudice et consule. non obstantibus
feriis solepnib. et repentinis nec aliquib. indutiis nec dillatione causarum. Insuper renuntiaverunt quod non possint dare vel compensare insolutum sup emptorib. pro dampno vel
[illegible] seu expensis nec pro restitutione evictionis causa nec nomine debita comunis mediolani factis et que fient nec aliquid aliud nisi pecunia numeratam non obstante
aliquo statuto comunis mediolani vel consilio facto seu faciendo Incontrarium. Insuper renuntiaverunt omnib. auxiliis iuris et legis unde se contra predicta tueri vel iuvari possent
[illegible] possint dicere vel alegare pacto non posse probari de quo cognitum non docet. Actum in domo humiliatorum de monteforte. Coram [illegible]
[illegible] de castana de burgo porte hor. civis mediolani presente :–

Interfuerunt testes marcus et philippus fratres filii quondam arnoldi honderati illi de burgo et fine burri fil. quondam rosenadi et gutefredus de masaliora humiliati illi [illegible] et [illegible]
fil. quondam madii verpilii et cassinus heredum quondam magistri mar. prope blancheta omnes noti :–

Ego andreas fil. quondam flaminarii de castana de burgo porte hor. civitatis mediolani notarius presens huic interfui et scripsi :–

Ego gualterius fil. quondam guidoti busseche de burgo porte hor. notarius civitatis mediolani tradidi et scripsi :–

Non pertinet

Vendicio facta p[er] albertum de orzic in [illegible]

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1809835437-12/fragment/page=2